



THEOLOGIA

DOGMATICA

4

2. PARTIE

BX1751

.J4

1852-1854

v.4

t.2

c.1

231



1080042268

6#2-6#41



231

THEOLOGIA

WIRCEBURGENSIS.

BY Benavides.



37762

231

RR. PATRUM SOCIETATIS JESU

THEOLOGIA

DOGMATICA

POLEMICA, SCHOLASTICA ET MORALIS,

PRÆLECTIONIBUS PUBLICIS

IN ALMA UNIVERSITATE WIRCEBURGENSI

ACCOMMODATA.

EDITIO ALTERA

OPERA ET STUDIO PATRUM EJUSDEM SOCIETATIS.

TOMUS QUARTUS.

DE VIRTUTIBUS THEOLOGICIS.
DE VIRTUTIBUS CARDINALIBUS.



Capilla Alfonsina

BIBLIOTHECA UNIVERSITATIS WÜRZBURGENSIS

SUMPTIBUS JULIEN, LANIER ET SOCIORUM.

4. VIA DICTA DE BUSSY.

1852.

EXCUDEBANT JULIEN, LANIER ET SOCII CENOMANI.

DOCTOR ROSE-AMER
BENAVIDES

53512

BX1751

54

v. 4

1852-54

t. 2

DOCTOR HONORIS
REDACTUM
VIRIBUS



Biblioteca Universitaria
Calle Alvarado

TRACTATUS

DE VIRTUTIBUS THEOLOGICIS

AUCTORE R. P. HENRICO KILBER S. J.

SS. THEOLOGIE DOCTORE EJUSDEMQUE

ET SACRARUM SCRIPTURARUM IN ALMA UNIVERSITATE

WIRCEBURGENSI

PROFESSORE PUBLICO ET ORDINARIO.

APPENDIX

DE VIRTUTIBUS CARDINALIBUS

EX OPERE DE JUSTITIA ET JURE

R. P. LEONARDI LESSII S. J.



FONDO BIBLIOTECA PUBLICA
ESTADO DE NUEVO LEON

INSTITUTIONES
THEOLOGICÆ

DE

VIRTUTIBUS THEOLOGICIS.

Non pauca de virtutibus D. Thomas jam disseruerat sub medium 1^{ae}. 2^{ae}. ; ubi cum de Actibus humanis ac Passionibus tractasset, doctrinam de Habitibus Virtutibusque subjunxit. Quoniam vero veri nominis virtutes et gratiam divinam comitantur, et cum ea radicem conficiunt, unde merita præstantissima et supernaturale præmium inferentia propullulant; vix Angelicus Doctor 1^{am}. illam 2^{ae}. partem postrema de gratiæ dono ac merito pertractatione absolverat, mox 2^{am}. 2^{ae}. unice et amplissime in commentationem doctrinæ de virtutibus intendit, inter quas Theologicis, ut eæ dignitate præcellunt, sic primum etiam locum tribuit. Eandem rationem sequimur, et vestigia premimus eadem, dum post Tractatum de Gratia et Merito materiam de Virtutibus Theologicis more recepto commentariis illustrandam suscipimus. In hac autem commentatione ut quædam inter partes proportio locum habeat, neque discendi facilitas a diversitate materiarum nimium distracta impediatur, consultum existimavimus, ea, quæ ad infernam quasi Fidei œconomiam pertinent, secernere ab illis, quæ exterius illam vel dirigunt vel firmant, vel quacumque utilitate afficiunt. Quare Institutiones nostræ Theologicæ de hoc argumento Tractatus duos complectentur, quorum prior de Virtutibus Theologicis in genere ac specie Scholasticas cum Dogmaticis quæstiones celebriores proponet: posterior autem regulas Fidei ac Theologiæ principia tradet firmabitque.

IV. p. 2.

1.



FONDO BIBLIOTECA PÚBLICA
DEL ESTADO DE NUEVO LEÓN

Primi porro Tractatus, quem hic aggredimur, divisio paucis absolvitur :
 1°. quidem præmittentur nonnulla, ex quibus Virtutum Theologicarum
 natura universim cognoscatur : 2°. de objecto Fidei tum materiali tum for-
 mali agetur : 3°. de ipso Fidei actu et habitu tractabitur : 4°. de Spe disse-
 retur, ita ut etiam de Timore quædam addere liceat : 5°. denique de Cha-
 ritate magis necessaria et proficua explicabuntur.

THEOLOGICÆ

VIRTUTIBUS THEOLOGICIS

DISPUTATIO I.

DE VIRTUTIBUS THEOLOGICIS IN GENERE.

CAPUT I.

DE ENTE, ACTU, ET HABITU SUPERNATURALI.

Quamvis, quæ in Tractatu de Gratia hinc inde hac de materia sparsi-
 mus, sufficere forsitan pluribus poterant; tamen et usurpata aliis consuetudo
 et necessitas videntur postulare, ut pauca quædam de Ente, Actu et Habitu
 supernaturali per distinctas quæstiones ante proferamus, quam de virtuti-
 bus Theologicis, hoc est, nobilissimis habituum supernaturalium speciebus
 pronuntiemus.

ARTICULUS I.

QUID SIT ENS SUPERNATURALE?

1. *Nota I. Supernaturale* vi nominis excellentiam supra naturam denotat :
 Natura autem hic neque rem quancumque etiam creatam, sed substantiam
 omnem limitatam, creatam nempe et creabilem significat. Tripliciter a
 nonnullis *supernaturale* dividitur : 1°. In *supernaturale simpliciter* tale,
 quod non unam aut alteram sed universam naturam naturatam, seu sub-
 stantias limitatas omnes excedit : et in *supernaturale secundum quid*, quod
 unam duntaxat vel alteram naturam supergreditur ; et hinc nomen super-
 naturalitatis proprie non meretur : 2°. *Supernaturale simpliciter* tale divi-
 ditur in *absolute ac essentialiter* *supernaturale*, quod convenit soli Deo,
 cujus excellentia et dignitas omnem naturam excedens illi essentialis est ac
 imparticipato convenit ; unde Auctor L. de Div. Nom. c. 1. et 2. alibique
 sæpius Deum ac Deitatem supersubstantialem appellat : et in *supernaturale*
participato atque hinc *accidentaliter* tale, cujus excellentia supra naturam
 creaturæ congruit : 3°. Postremum hoc aliud est *supernaturale quoad sub-*
stantiam, cujus entitas seu essentia excedit naturam ; uti sunt gratia san-
 ctificans, lumen gloriæ, unio hypostatica : aliud *supernaturale quoad*
modum, cujus entitas naturam non superat : transgreditur tamen modus
 quo talis entitas producitur vel acquiritur ; qualia sunt restitutio visus aut
 recuperatio sanitatis instantanea etc. Nos tamen hic non nisi de supernatu-
 ralitate simpliciter tali et quoad substantiam agemus.